

*79. Instrumentum exsecutionis del
testamento di Andrea de Casali Aspero*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*79. Instrumentum exsecutionis del
testamento di Andrea de Casali Aspero*

1383-02-04

(c. 458r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo trecentesimo octuagesimo tercio, regnante serenissimo domino nostro Carulo tercio Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum vero eius anno secundo feliciter amen, die quarto mense februarii, VI indicionis, apud civitatem Potentie

Nos iudex Angelus notarii Andr[ee] ipsius civitatis Potentie annalis iudex, Masellus Strambus publicus ubilibet per provincias Principatus citra et ultra serras Montorii, Basilicate ac Capitinate regia autoritate notarius et testes subscripti de eadem terra ad hoc specialiter vocati et rogati, publico presenti scripto notumfacimus et testamur quod predicto die ibidem in nostri presentia constitut(i) nobilis virii iudex Meulus de Sacco, habitator civitate <sic> Potentie et dominus Gregorius archipresbiter Sancte Trinitatis, domnus Dionisius de Manosa et Coletta de Casali Aspo, civis Potentinus, extributoris et epitropi ultimi testamenti condam magistri Andree de Casali Aspo conditi <et> ordinati per eum, quod anal(ite)r constitit evidenter // (c. 458v), ipsi quidem episcopi volentes, ut tenent, pro anima dicti testatoris testamentum ipsum tenent <sic> observari et illud iuxta suas clausulas observare, iuste <sic> ipsius testatoris beneplacitum et mandatum, iuxta ment(em) et seriem eiusdem clausule annotate et contente in testamento predicto, cuius tenor inter alia talis est: «item legavit luminarie ecclesie Sancti Girardi de Potentia, pro anima sua, petiam unam terre que esse dicitur intrate Ponte Roncii que fuit Angeline de G[.]jella et postea per consequens A[nto]nii de

Aliduca, quam habuit idem testator a dicto Antonio pro quadam fideiussione facta ex[inde] per manus testator(is) nomine ipsius Antonii»; iuxta clausulam tu(m) dicti testamenti, continuentur et tenorem, dictus iudex Meulus, archipresbiter et alii episcopi superius nominati, volentes efficaciter intendere et illam pro quiete anime dicti testatoris adimplere, in nostrum qui supra iudicis et notarii ac testimonium subscriptorum <presentia> petiam dictam petiam terre pro luminarie <sic> Sancti Girardi, ut in ipsa clausula continet, coram nobis et nomine // (c. 459r) dicte ecclesie assignaverunt, tradiderunt, dederunt et per fustis tradicionem venerabilem <sic> viris dopno Iacobo de Padula et diacono Angelo domini Vlasii, prostris dicte ecclesie, illam terram seu ipsam possessionem recipientibus ex nunc pro ut ex tunc, ex tunc <prout ex nunc> pro ecclesia supradicta, i[n]decenes itaque episcopo ipsi inductor proster nomine dicte ecclesie Sancti Girardi in possessionem dicte terre pro omni tempore ad tenendum, possidendum, locandum et dislocandum, uti fruendum ac cabellandum quibuscumque personis, omni te[m]po[re], p[ro] parte et nomine ecclesie supra[dicte], nec non et quocumque modo de dicta terra dicta ecclesia seu capitulum ipsius voluerint faciendum in comodum dicte ecclesie utilitatis; pro quibus predictis omnibus et eorum singulis attendendis <et> inviolabiliter observandis quodque predicta omnia vera sunt et contra illa non veniendum per predictos episcopos seu alias personas contrarias, extraneas vel adversas, voluntarie obligaverunt se, heredes // (c. 459v) et successores suos ad penam unciarum auri decem, medietate dicte pene regie curie vel alteri curie ubi exinde facta fuerit reclamatio seu querela persolvenda et altera medietate in casu

contraventionis predictorum episcopis, pro(stri)s seu predicto capitulo nomine dicte ecclesie complicandum, totiens quotiens fuit exinde quomodolibet contrafactum, me predicto notario tamquam persona publica pro parte dicte curie et dictis prosteris <sic> nomine ipsius ecclesie pro se et e[cclesie] supradicte a prefatis episcopis solemniter stipu[lan]te <sic> penam ipsam; qua pena commissa vel non com[mis]sa, exa[pta v]el non exapta seu gratiose remissa, presens nichilominus [instrumentum], cum omnibus que in se continet, in suo semper robore et efficacia perseveret, cum refecione damnorum interesse et expensarum litis et extra litem que fierent propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat exceptioni cum iuramento dictorum prostrorum vel eorum successorum, nulla alia probatione quesita teneri dictis prostris dicte ecclesie seu predicto capitulo nomine dicte ecclesie de empcone et defencione terre predictae, // (c. 460r) omni futuro tempore contra quocumque homines et personas pro dicta terra lites seu questiones quomodolibet inferentes ac epi[tro]pi ipsi subire iudicium nomine dicte ecclesie contra illas, eorum sumptibus et expensis; acto etiam expresse inter partes ipsas quod ubi fortasse aliquo tempore dicta petia terre, aliqua ratione vel causa sive iure per personam aliquam emiceret et illam alienaretur et transferetur ad man(us) proinde alterius persone quam ecclesie supradicte, ex qua ipsa ecclesia esset totaliter destituta, predic[ti] episcopi voluntarie et expresse ac sollemniter, sti[pul]latione et pacto habito inter eos, obligaverunt se ad penam predictam capere, dare et assignare tantum de bonis dicti quondam magistri Andree [testato]ris ipsis prostris et eorum successoribus, nomine dicte ecclesie sancti Girardi, donec ipsi <sic> ecc[lesia] <de> unc(iis)

quatuor de carlenis pro extimatione dicte terre fuerunt <sic> integre satisfactum <sic> ac integraliter contentatum <sic>; et ubi fortasse bona dicti testatoris capta vel capienda in casu per epitropos supradictos ad // (c. 460v) dictam summan unciarum quatuor assignandarum per eos prostris supradictis non assendent seu quomodolibet non valerent, quod illud quod deficerent in [...] dictarum unciarum quatuor predictarum de eorum bonis propriis teneant eidem ecclesie seu prostris ipsius infallabiter et sine intermissione aliqua resarcire; renunciaverunt dicti epi[sco]pi expresse pro cautela ipsorum prostrorum et suorum successorum exceptioni doli mali, vix, metus et infacto, int[...] <sic> non sic celebratus <sic> contractus, exceptioni deceptionis et factis rei que predicto [mo]do non geste vel aliter abite quam superius continetur et est expressum et generaliter omnibus aliis auxiliis, beneficiis omnium iurium atque legum et specialiter iure dicenti generalem renu[nciacionem] non valere et iuri per quod cavetur quod dicti iure renunciari non possit, <quibus et propter que dicta assignatio et scripti huius tenor possint> in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus et eorum singulis inviolabiliter observandis quodque predicta omnia et singula vera sunt, dicti episcopi prefatis prostris presentibus et recipientibus coram nobis corporaliter ad // (c. 461r) sancta Dei evangelia prestiterunt iuramentum; et voluerunt dicti contrahentes quod fierent semel, bis et ter ad consilium sapientis et quociens opus fuerit, veritate <sic> substantia non mutata. Unde ad futuram memoriam, dictorum episcoporum preces et prefatorum prostrorum nomine ecclesie supradicte et successorum cautelam factum est presens publicum instrumentum exceptioni per manus mei predicti notarii signo meo solito signatum,

mei qui supra iudicis ac nostrum predictorum testium
subscriptorum subscriptionibus roboratum.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

Così S per nobiles viri

Così S per Mariosa (da docc. coevi)

Così S per Aspero (da docc. coevi, qui e in seguito)

Così S per executores

Così S per? prout nobis

*Così S per epitropi, epitropos etc (a seconda del contesto
sintattico)*

Così S verosimilmente per in contrata Ponte Sancti Roncii

Così S per? continentiam

*Così S per? inducentes itaque epitropi ipsi iamdicti priostis
piuttosto che indecentes - proster*

Così S per assertioni

Così S per emeret

Così S per exsecutionis

Quod scripsi ego predictus Masellus publicus ut supra
 notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus
 interfui ipsumque meo solito et consueto signo signavi.
 (SN) Ego Angelus notarii Andree iudex civitate <sic>
 Potentie qui supra Ego presbiter Leo de Agenio testis
 interfui // (c. 461v) Signum crucis proprie manus Martini
 de Laura testis idiote qui interfuit et se subscri/bere
 nesciente <sic> Signum crucis proprie manus Colecte de
 Stella testis idiote qui interfuit et subscribere nesciente
 <sic> Signum crucis proprie manus Nicolaus de Rato
 testis idiote qui interfuit et se subscribere nesciente <sic>

Così S per? applicanda
Così S per Ogerio (da docc. coevi)
Così S per Roto (da docc. coevi)